

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Theodor Oeseden von Wilhelm Müller

## **Disputatio Iuridica De Usucaptionibus Et Longi Temporis Praescriptionibus**

Rostochi[i]: Typis Heredum Richelianorum, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730629856>

Druck Freier  Zugang



Th. v. Dresden (W. Molla)  
R. U. im 1615.



HOVÆ, QUI ÆTERNUM FUIT EST ET  
ERIT OMNIA IN OMNIBUS, AUXILIO DE-  
VOTE ET HUMILITER IM PLORATO:

72

DISPUTATIO IURIDICA

DE

SUCAPIONIBUS  
T LONGI TEMPORIS PRÆ-  
scriptionibus

QUAM

sensu Nobilissime Amplissimæq; Iuridica Facul-  
tatis in alma Rosarum Academia

PRÆSIDE

HEODORO AB OESEDEN

Flensburg. Holsato

lissimis suis politissimisq; Dominis Collegishora locoq; solitis  
examinandam discutiendamq; proponit

WILHELM ~~MÖLLEK~~ Hamburg.



*Möller*

Anno à nato Christo 1615.

ROSTOCHI,

Typis Heredum Richelianorum.



I E H O V A E , Q U I A E T E R N U M F U I T E S T & T  
E R I T O M N I A I N O M N I B U S , A U X I L I O D E -  
V O T E E T H U M I L I T E R I M P L O R A T O :

72

D I S P U T A T I O I U R I D I C A

D E

U S U C A P I O N I B U S  
E T L O N G I T E M P O R I S P R A E -  
scriptionibus

Q U A M

C o n s e n s u Nobiliſſimae Ampliſſimæq; Iuridica Facul-  
tatis in alma Rosarum Academia

P R A E S I D E

T H E O D O R O A B O E S E D E N

F l e n s b u r g . H o l s a t o

Nobiliſſimis ſuis politiſimisq; Dominis Collegiſhorā locoq; ſolitis  
examinandam diſciplinamq; proponit

W I L H E L M ~~M O L L E C K~~ Hamburg.

Moller



A n n o à n a t o C h r i ſ t o 1 6 1 5 .

R O S T O C H I ,

T y p i s H e r e d u m R i c h e l i a n o r u m .





## DE USUCAPIONIBUS ET LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBVS.

### THEISIS PRIMA.

**R**erū dominia nanciscimur aut Iure Gentium aut jure civili, § singulorum. *Inst. de rer. divis. l. 1. de acquirend. rer. dom.* Expositis itaque hactenus modis & causis, quibus jure gentium rerum dominia summatim acquiruntur, jam tractare incipit, quibus modis jure civili. Prout hanc continuationem, ipse Imp. in §. final. supr. de usu & habitat. tradit.

II. Ex his primō se offert Usucapio & longi temporis præscriptio. Qua privatā traditione res alienae invitis dominis ad nos transferuntur. *Donel. s. comm. 4.* De qua antequam plura dicantur, prius duæ præmittendæ quæstiones.

III. 1. An inscriptio hujus tit. de Usucaptionibus & longi temporis præscriptionibus sit retinenda, vel cum aliis veteribus libris legendum de Usucaptionibus & longi temporis possessionibus? Prius affirmamus cum *Donello s. com. 4. Diff. Borcholt. ad princ. Instit. de Usutap.*

IV. 2. An hic modus acquirendi ab æquitate civili contra æquitatem naturalem, bono tamen publico sit introductus? Affirmamus. *p.l. 206. de reg. jur. p.l.s. ff. b.t. Accurs. ad §. 1. Inst. de jur. nat. gent & civ. Emil Ferret. adl. 3. h. t. n. 12. Diff. Gilcken. intratrat. de U. ucap. part. 1. cap. 1. Don. s. com. 30.*

A 2

V. Diffe-

V. Differentia inter Usucaptionem & Praescriptio-  
nem hodie sublata, adeo ut quod in Usucapione obtinebat  
ad Praescriptionem sit translatum: & contra. l.unica C.de  
Usucap.transf.

VI. Nec differunt, quemadmodum. Interpp. non,  
nulli volunt in eo, quod Usucapio sit rerum mobilium,,  
Praescriptio vero immobilium per pr. Inst. b.t. Donel.s.com.  
4. Duar. ad rit. de Usucap.c.t. & s. Diff. Schneidev. ad pr. n. g.  
& Glos. ibid.

VII. Definitur Usucapio à Modestino, quod sit ad-  
jectio dominij, per continuationem possessionis temporis  
lege definiti. l. 3. ff. de Usucap.

VIII. De genere hujus definitionis inter Dd.  
non convenit. Cujac. ad l. 3. b.t. & in fragmen. Ulpian. t. 1. g.  
Hottom. hic Duaren. ad c.t.: de Usucap. pro verbo adjectio-  
nis substituunt verbum, adeptionis, eo quod Ulp. in fragm.  
tit. 10 § 7. Usucaptionem adeptionem definiat. Deinde  
quod verbum capere, unde Usucapio denominatur, non  
significat adjectionem, sed adeptionem l. aliud est 71. de Verbo  
signif.

IX. At cum nulla sit necessitas, ut à vulgata & re-  
cepta lectione recedamus, merito adductum genus à Mo-  
destino retinemus, per ea quæ adducit Donel.s. com. s. In-  
terim non negamus quod Usucapio sit etiam adeptio do-  
minii, ut Obrecht. diff. de Usucap. th. 23. & seqq. Vult. in Iurisp.  
Rom. 71. n. 2.

X. Tria sunt quæ Usucaptionem perficiunt, Titulus  
possidentis, ejusdem bona fides, & continua per statutum  
tempus possessio.

XI. Titulus in hac materia causam possidendi de-  
notat. l. 1. ff. pro suo. l. 3. § 4. de acquirend. possess. Hic titulus  
debet esse Justus, pr. b.t. Donel.s. com. 4. ut est emptio, dona-  
tio,

*F. 34 recto*  
tio, dotis datio, transactio, judicatum, noxae deditio, hereditatis delatio legatum, solutio titulus pro suo &c. de quibus agitur. *l. 24. C. de acquir. vel amitend poss.* Quare si justus titulus possidendi deest, Usucapio procedere non potest, nec dominum acquiri. *l. 24. C. de Rei vindicat.*

X I. Sic etiam si quis justam causam possidendi habeat, non tamen idoneam ad dominium transferendum, nihil ad usucaptionem proderit, quantumvis diurna fuerit illa possessio. *l. 24. C. de RV.* Cujus exempla sunt in re pignori data. *l. pignorit 3. in pr. h. t. Re conducta l. 2. l. 7. C. de prescript. 30. ann. l. 1. C. de Usucap.* Re commodata, *l. 8. cum seq ff. Commodat. l. 2. §. quod vulgo ff. pro hered.* Re deposita. *d. §. quod vulgo.* In re Ususfructus nomine possessa. *l. 8. C. de Usufr.* In re quam quis emphiteutico jure possidet *l. 7. §. fin. ff. de Prescript. 30. Ann.*

X II. Hic tenendum, quod error falsæ causæ vel Tituli Usucaptionem non pariat, veluti si quis pro donato possideat, cum ei donationis causa res tradita non sit, vel si quis emptum existimat, cum non emerit. *§. error falsæ causæ. Inst. de Usucap. l. fin. C. de Usucap. pro donat.* Si quis tamen errore facti causā subesse putet, ut si quis à furioso emerit, quem furere ignoret, usucapio procedit, & publiciana competit. *l. 7. §. Marcellus. ff. de Publician action. Donel. s. comm. 15. & ad §. namq. si cuj. Inst. de action. Ibidemq. Harprecht. Dis. Cujac. in l. 2. ff. pro emptor.*

X IV. Non sufficit ad Usucaptionem, si quis vel maximè bono titulo possideat, nisi etiam BONA FIDE rem accepit. *§. sed aliquando & tot. tit. Inst. h. t. l. 2. ff. pro emptor.* Separata enim est causa possessionis & Usucaptionis: Nam verè dicitur emissè, etiam si mala fide, quemadmodum qui sciens alienam rem emit, pro emptore possidet, licet non usucapiat, *d. l. 2. §. 1. ff. pro emptor.*

A 3

XV. Dici-

X V. Dicitur autem Bonæ fidei possessor, qui rem à non domino, quem dominum esse vel saltem dominij transferendi potestatem habere, credidit bona fide & iusta causa accepit, ut puta titulo emptionis, donationis &c. pr. Inst. h.t. Is etiam bonæ fidei possessor est, qui autore iudice possidet. l. 137. ff. d. R. I l. ii. de acquir. possess.

X VI. Qui itaque de jure suo dubitat, bonæ fidei possessor non est. Goddeus ad l. 109. de V.S. num. 3. Gilcken ad §. si quis à non domino. Inst. de rer. divis. n. 6. & 7. Diff. Hænon. disp. 6. th. 7. Hackelm. Illust. disp. 20. th. 17. & propterea Usucapio ei non procedit, Argum. h. pr. Godd. d. loc. Forster. h. c. 5. Diff. Treutler. part. 2. disp. 22. th. 6. lit. C.

X VII. Nec est malæ fidei possessor, cum is malæ fidei possessor dicatur, qui novit & intelligit, rem quam possidet, non esse suam, eamque accepisse ab eo, qui nec Dominus fuit, nec jus eam alienandi habuit, §. 2. versicul. quod autem Inst. de Usucap. c. final. X. de prescript. Deinde quia mala fides non est sine malitia, fraude, fallacia, & simulatione. At dubitatio his omnibus vacat.

X VIII. Sed tertium eum constituere inter bonæ fidei & malæ fidei possessorem statuo cum Gilcken in d. §. si quis à non domino 35. n. 7. & seqq. Fach. 1. controv. 65. Emil. Ferret. ad l. 1. h. t. Diff. Goedd. loc. supr. citato n. 3. Forst. in tract. Iuslin. part. 1. disp. 9. th. 5.

XIX. De eo quoq; dubitari solet, qui in jure errat, utrum ad bonæ fidei, vel malæ fidei, possessorem referri, debeat? Nos eum ad bonæ fidei possessorem referimus. Quia errans, quantumvis in jure non intelligit rem alienam possidere, sed putat, & credit, rem suam esse, quamvis hoc ex errore. Goedd. ad d. l. n. 4. & seqq. Vafquius. 2. controv. 78. num. 19. Crum in exercit. disp. 6. th. 6. Hænon. disp. 6. th. 8. Diff. Harprecht. ad §. si quis à non dom. Inst. de R. D. n. 44. & seqq.

XX. Bona

**XX.** Bona fides possidentis in emptione duobus temporibus exigitur, Emptionis & traditionis tempore.  
l. si existimans 48. ff. de Usucap. & Usurp Cujac. ad l. si aliena. d.t.l. sed et si res 7. §. fin. ff. de publician. in rem act. In Stipulationibus ea traditionis tantum tempore exigitur, cuius differentia hæc est causa, quod salva fide scientes rem alienam emere non possumus, stipulari autem possumus, l. si is qui pro empt. 15. §. pen. l. iusto 44 §. et si 2 ff. de Usuc. & Usurp.

**XXI.** Sufficit igitur bonam fidem ab initio inchoata præscriptionis adfuisse, nec mala fides superveniens usucacionem semel ceptam interrupit. §. diutina. I. b. t. l. 2. in pr. l. penult. pro empt. Quanquam jure canonico, (quod in Camera approbatum est, teste Mynsing. 4. Observ. 6. Gail. 2. observ. 18.) in omni præscriptione & per totum, quo durat tempus, bona fides requiratur, nisi aliud statuto loci, sit cautum, prout de jure Saxonico allegata juris Canonici dispositio non attenditur, sed solum possessio continui temporis inspicitur referente Wesembec. in paratit. de Usucap. n. II. & in addit. ad Schneidev. circa pr. b. t.

**XXII.** Tertio requiritur ad usucacionem possessio continua per statutum tempus, ut refert Modestus in d. l. 3. ff. d. Usuc. & Usurp. cum Usucatio sine possessione nullo modo procedat. l. 25. ff. d. e.

**XXIII.** Verum cum possessio sit duplex; alia naturalis alia civilis; Illa consistit in corpore affectione quidé rem habendi, sed citra jus & affectionem dominii Hæc in jure cum animo & affectione dominij l. io. C. de acquir. poss. Vult. ad princip. Inst. de interdict. n. 9.

**XXIV.** Hinc constat solam possessionē civilem ad usucacionem proficere, solam naturalem, nunquam. §. 4. Inst. per quas person. nob. acquir. junct. l. 1. 2. ff. de acquir. poss. Gilken. in tract. de prescript. & usucap. part. 2. memb. 3. c. 2.

26. De

**XX V.** Debet autem hæc possessio esse continua, non interrupta. *l. 2. h.t.* Interrumpitur vel naturaliter vel civiliter. Naturaliter cum is, qui possidebat, rem amittit, veluti cum quis de possessione vi dejectur, vel alicui res mobilis eripitur, quo casu non tantum adversus eum, qui eripuit, rumpitur, sed adversus omnes. Nec eo casu quidquam interest, qui usurpaverit, dominus sit nec ne. *l. 5. ff. h.t.*

**XX VI.** Civiliter iuris contestatione, si condemnatio secuta fuerit. *l. 10. C. de acquirend. vel amittend. possess. l. 26. C. de Rei vendicat Cujac. ad l. 2. § serem alienam ff. pro emptor.* & Libelli oblatione præsidi facta, cum possessio conveniri, & interpellari non potest, eo quod vel absens sit, vel infans, aut furore laboret, nec tutorem vel curatorem habet, vel in magna potestate constitutus. *l. 2. C. de annal except. Cujac. ad d. l. 2. in fin ff. pro emptor. & in paratit. C. quand. libel. Princ. datur Donell. s. comm. 21. Bocerus class. s., diff. 22. th. 33.* Cæterum continua possessio non dicitur solum, quæ penes unum & eundem semper fuit, sed etiam quæ ab uno ad alium legitime transfertur. *§. Diutina. Inſ. b. t. l. 20. ff. ecd.*

**XX VII.** Probatur continua possessio aetibus possessoriis singulorum annorum, veluti satione, aratione, cultura, fructuum collectione. argument. *l. quumvis. §. si conductor l. qui universas §. quod. per Colonum. ff. de acquirend. vel amittend. possess.* Mercedis pensionisve perceptione, non etiam aliis rebus, quæ etiam non Domini faciunt. Si probatum fuerit possessionis initium continua possessio creditur. *l. 16. ubi Gloß. C. de probat. maximè cum possidere repetitur, nisi contrarium, probetur. Thom. Cormerius in C. diusucap. pag. mibi 69. n. 63.*

**XXXVIII.** Quod attinet Tempus Usucaptioni præfinitum; olim res mobilis anno ubiq; uno, immobilis biennio

biennio tantum in Italico solo præscribebatur. Sed ne  
domini maturius suis rebus defraudentur, neq; certo loco  
hoc beneficium concludatur, ideo novam constitutionem  
fecit Justinianus qua dispositum, ut res mobiles triennio,  
immobiles per longi temporis possessionem, id est inter  
præsentes decennio, inter absentes viginti annis Usucapi  
possint. princ. Inst. b. t. l. Unica. C. de Usucap. transform.  
præsentes autem & absentes non civitate sed provincia  
lex æstimat. d. l. unica. & l. ult. C. de prescript. long. temp.  
Hodie tamen eos esse præsentes volunt, qui sub eadem  
sunt præfectura, vel qui eundem habent judicem. Glos. &  
Dd. ad d. l. ult. C. d. t. Budam ad l. s. in aliam 7. ff. de offic.  
Precis.

**XXIX.** Quod tempus non à momento ad mo-  
mentum, neq; ab hora ad horam, sed à die in diem com-  
putamus. Ideoq; qui hora 6. diei Calendar. Ianuar. pos-  
sideret cæpit, hora 6. noctis pridie Calendar. Ianuar. im-  
plevisse Vsucaptionem dicit Vlpianus in l. 6. & seq. de  
Usucap.

**XXX.** Tantum de requisitis Vsucaptionis & Præ-  
scriptionis, videamus nunc qui possunt Vsucapere. Possunt  
autem omnes Vsucapere qui Dominium acquirere & pos-  
sideret possunt. Quia usucatio dominium rei per Usum  
& possessionem adjicit. l. 3. ff. b. t. Ut paterfam. l. 4. ff. b. t.  
Filius fam. maxime castreria & quasi castreria bona.  
In his enim habetur pro patrefam. l. 2. ff. ad SC. Maced.  
Pupillus etiam sine tute, dummodo intellectum habeat,  
& animus ei sit possidendil. 32. § 22. de acquir. posse. l. §. 2.  
ff. de Usuc. & Usurp. Furiosus, qui ante furorem coepit  
possidere. d. l. 4. § 1. ff. b. t. Idem de prodigo statuo, cum  
non sit furioso assimilis. argumento l. 6. de U. O. l. 40. ff.  
de R. J. l. 1. ff. de curat. furios. Miles. d. l 4. §. t. h. t. Infantes

B

tutore

tatore autore recte Usucapiunt. l. 32. § 2. ff. de acquirend.  
posseß.

XXXI. Videndum jam quæ res usucapi possunt, vel  
non, possunt autem Usucapi res tam corporales, quam  
incorporales, tam mobiles, quam immobiles. princ. Inst.  
b.t. l. unica. C. de usucap. transf. Nisi lege vel natura pro-  
hibeantur.

XXXII. Natura prohibentur Usucapi res à flumi-  
ne vel mari occupatae; quia possideri ea loca non possunt.  
l. 3. §. 17. de acquir. posseß. quod tamen ita intelligendum  
si inundatio sit diuturna & longæva. Gothafred in not. ad  
l. 30. §. 3.

XXXIII. Lege prohibentur Usucapi res vel gene-  
ratim vel speciatim: Generatim prohibentur omnes quæ  
possideri non possunt. Nam sine possessione, ut diximus,  
Usucapio non procedit. l. 25. ff. b.t.

XXXIV. Hinc primò quæritur de servitutibus, quia  
non habent certam & continuam possessionem, ut dicitur  
in l. 14. ff. d. servitut. An præscriptione & usucapione ac-  
quiri possunt? Resp. longo tempore & diuturno usu ac-  
quiri posse, per l. 10. ff. s. servit. vind. l. 1 in fin. ff. d. aqua pluv.  
arcend. l. 1. 2. C. de servit. & aqua. l. final. in fin. C. de præ-  
script. long. temp. D. nell. 11. com. 11. Duar. 1. disp. 34. Diff.  
Faber 19 Conject. 9. to. 11. Coras. ad l. 14. ff. de servitut.

XXXV. Hic etiam quæri potest de feudo: Cum in-  
ter res incorporales referatur, nihilq; aliud sit quam jus  
utendi fruendi. Niel. disp. feud. t. th. 6. lit. B. an præscri-  
ptione & usucapione acquiratur? Triginta annorum spa-  
tio usucapi posse affirmamus, per text. in 2. feud. 9. § 1. & 2.  
2. feud. 26. §. si quis. 2. feud. 87. n*u*i Gothafred. in not. My-  
sing. 8. obser. 28. Niel. 8. disp. feud. th. 6. Hartm. Pistor part. 2.  
quest. 3. num. 10.

XXXVI. Se-

**XXXVI.** Secundo generaliter prohibentur usucapi res omnes, quæ vetantur alienari: Quia Usucapio est species alienationis. l. 28. ff. de V. S. ideoq; lex quæ rei inhibet alienationem, ad usucaptionem quoq; pertinebit l. 48 ff. de acquirend. rer. dom. l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. sunt l. 2. de Usucap. pro Emptor. Nec interest lege vel testamento alienatio sit prohibita. d. l. 2. d. t.

**XXXVII.** Speciatim usucapi prohibentur res fisci § 4. in fin. Inst. h. t. l. 2. com. de usuc. l. 1. C. de quadrienn. præscript. l. 18. 24. § fin. ff. b. & l. 45. ff. eod. l. 4. C. de præscript. trigint. vel quadrag. annor. Bona tamen vacantia, fisco nondum nunciata, bonæ fidei emptori traditæ, usucapi possunt d. § 4. Inst. h. t.

**XXXVIII.** Ad harum exemplum res principis, quæ in cuiusq; principis privato sunt patrimonio, & ideo privata substantia Principis, res dominicæ, itemq; patrimoniales appellantur. l. penult. & ult. C. de fundo patrim. usucapi non possunt, quia favore principis earum usucapio ill. inhibitetur. toto rit. ne rei dominica vel temp. vindic. &c. Donell. s. com. 24.

**XXXIX.** Inhabiles quoque censentur res meræ facultatis, quæ in mera facultate & libero arbitrio constunt. l. 2. ff. d. via publ. Wesenb. in parit. n. 10. h. t. Gail. 2. obser. 18. n. 4. Cujus exemplum est in Feud. Ubi licet Vasallus per longissimum temporis spatium nulla præstislet Domino servitia, exinde tamen libertatem serviædi non præscripsit. Aliud exemplū, est quod licet quis per multos annos ad alicujus molæ molædi gratia accesserit, ob id tamen cogi non possit, ut porro illuc eat, nisi forsitan prohibitioni sibi factæ acquievisset, & per legitimum præscriptionis tempus ad eandem molam perrexerit. Deniq; hujus rei elegans exemplum consistit in pignoris reluitione, quæ

B 2

cum

cum sit meræ facultatis, debitor etiam post triginta annos creditori pecuniam offerre & pignus reluere potest. per tradit. à Gail. 2. observ. 18. Myrsing. t. observ. 16. Cujac. in l. pignori 13. ff. de usucap. Qui de hac quæst. videndi.

XL. Movetur hic & illa quæstio, an pacto de retro vendendo præscribi triginta vel 40 annis possit? Negat. placet. per ea quæ adducunt Myrsing. & Gail. dict. loc.

XLI. Præscribi etiam nequeunt res commercio hominum exemptæ, ut sunt res sacræ, religiosæ, publicæ, liber homo. § sed aliquando r. Inst. b. t. l. 9. 45. ff. b. t. l. 40. § 1. ff. de acquirend. pos. Bronckhorst. cent. 4. observ. 3. Sacrae & religiosæ res ab hostibus captæ, sacræ & religiosæ esse desinunt, ideoq; hoc casu usucapi possunt. l. 36. ff. de religios. & sumpt. fun.

XLII. Prohibetur quoq; fundus dotalis. l. 3. C. de prescript. long. temp. quia alienari nequit. l. 1. 2. 3. 4. ff. de fund. dotal. Donel. 9. com. 10. Pupillares etiam res, quæ tempore non consumuntur, non possunt usucapi. l. 48. ff. de acquirend. rer. dom. l. 3. C. de prescript. quod tam de mobilibus quam immobilibus exaudiendum l. final. C. in quib. caus. l. unic. C. si advers. usuc. Donel. 5. com. 23. Diff. Robert. t. animadvers. 24. & in notis ad Mercator. adeo quidem, ut nec incipiat contra pupillum, nec cōtinuetur l. 3. C. de prescript. 30. vel 40. annor.

XLIII. Nec bona adventitia filij fam. usucapi possunt, quia alienari prohibentur. l. 1. § ult. C. de annal. except. Quod idem intelligendum de ijs adventitijs, quæ patri non acquiruntur.

XLIV. Deniq; nec contra illos, qui legitimè impediuntur quo minus agere possunt, ut furiosum, prodigum, infantem, pupillum & reip. causa absentem, militem, ab hostibus captum, currit præscriptio. Contra quos tamen sublati

sublato impedimento praescribitur. l. 3. l. 7. C. de prescripte.  
30. vel 40. auctor. Treutl. part. 2. disput. 22. th. 3. lit. P.

XLV. Odio possessorum prohibentur i. res furtivæ.  
Lege XII. tab. & lege Attilia. §. 2. Inst. b. t. l. 4. §. 6. l. 24.  
ff. de Usucap. Hoc loco moveri solet quæstio, num partus  
ancillæ furtivæ usucapi possit? Affirm. dummodo con-  
ceptus & natus sit apud bonæfidei possessorem. l. si aliena  
10. § fin. l. 33. in pr. ff. de usucap. l. 48. § 5. ff. de furt. l. 11. § 2. ff. de  
Public. act. l. 3. C. de Usucap. pro emptor.

XLVI. Idem obtainere puto de partu ejus ancillæ,  
quam servus à se surreptam domino pro libertate dedit,  
ut nempe & hic, bonâ fide apud dominum conceptus &  
editus usucapi possit. per text. in l. 9. & 10. ff. pro emptor. Diff.  
Donel. s. com. 25. Goed. ad l. 26. ff. V. S. n. 10.

XLVII. Aliud statuitur in fætu pecudum furtiva-  
rum. Statim enim, quam primum editus est fætus, acquiri-  
tur pleno jure bonæ fidei possessori, sicut cœteri fructus  
ejus industria producti. l. 25. ff. de usucap. § in pecudum. Inst.  
de rer. divis. At quod jam alicujus factum id amplius per  
Usucpcionem ejus fieri non potest. §. sic itaq. discretis. Inst.  
de actionib.

XLVIII. Rectè etiam hic quæritur, an pignus quod  
creditori à debitore surreptum & extraneo vendicatum est,  
usucapi possit? Negamus. per l. fin. ff. h. t. l. 6. C. de Usuc-  
cap. pro empt. Cujac. ad l. 4. §. si rem. ff. h. t. Diff. Donel. s.  
com. 28.

XLIX. 2. Vi possessæ odio possessorum prohiben-  
tur lege Julia & Plautia usucapi. §. 2. Inst. b. t. l. 4. §. 22.  
ff. cod. Vi possidere dicimus cum, qui veterem possesso-  
rem dejicit, & possessionem acquisitam ipse occupat. l. r.  
§. vi possidere. ff. de vi & vi armata. Duo hic exiguntur,  
Dejectio & occupatio, id est, ut idem dejecerit veterem  
possesso-

possessorem, & eo dejecto possessionem occuparit: alterum si deest, res non dicitur vi possessa: *Donel. s. com. 27.*

L. Hujus generis quoq; sunt res Præsidi vel Proconsuli donatæ contra Legem Juliam repetundarum,, quæ & odio possessorum præscribi prohibentur. *l. 48. in pr. de acquirend. rer. dom. l. 8. ff. ad leg. Julianam repetund.*

LI. Quod dictum est de rebus furtivis, vi possessis, rebus Præsidi datis, hactenus verum est, nisi vitium fuerit purgatum, quod sit si res in domini vel possessoris prioris potestatem redijt. *l. 4. §. 6. & seqq. ff. de usucap. & usurp.*

LII. Effectus usucaptionis in eo potissimum consistit, quod dominium in possessorem transferat, & quidem plenum & directum. *pr. Inst. h.t. l. 20. C. de pat. l. 3. ff. de Usucap. l. Unica. C. de usucap. transform. Coraf. ad l. 14. ff. de servitut. num. 12. & seqq. Donel. s. com. 29. & 9. comment. 12. Gilcken. de usucap. part. 1. cap. 3. Duar. de Usucap. cap. 5. Diss. Cont. lib. 1. disput. 10. & 11. Vasq. illust. quest. lib. 2. c. 54. Et hoc modo quæsitus jure civili dominium ne quidem à principe absq; causa auferri potest, argumento l. 11. ff. de R. J. l. final. C. sentent. resc. non posse. l. 16. C. d. transact. l. 15. de Condict. Inst. l. 35. C. de inoffic. testam. Treutl. part. 2. disput. 22. th. final. lit. b.*

LIII. Parit etiam exceptionem litis finitæ, quæ litis contestationem impedit. *c. 1. de lit. contestat. in 6. justitia titulum inducit, &c. c. de quarta. cap. 1. de prescript. in 6.*

LIV. Quare perfecta & completa usucapione, si cognoverit usucapiens rem alterius fuisse restituere eam,, & à jure suo recedere non tenetur argumento *l. 11. ff. de acquirend. posses. Arumäus in Exercit. 6. thes. 7. Hakelm. illustr. quasio. 20. thes. 29. Fachin. 1. controv. 64. Bronch. cent. 4.*

cent. 4. assert. 7. *Vultejus ad princ. h. t. num. 4. Connar. 5.*  
*com. 4.*

LV. Tantum hac vice de usucapione, & quomodo  
res jure civili per usucaptionem acquirantur. Coronidis  
loco libet querere, an usucapio & longissimi temporis  
præscriptio rescindatur per restitutionem in integrum,  
ex capite ignorantiae? Negamus. per l. omnes 4. C. de 30.  
vel 40. annor. præscript. l. t. de usucap. l. final. C. de præscript.  
long. temp. Facch. l. controvers. 69. Diss. Gail. 2. ob-  
serv. 19. n. 17. Hackelm. illust. quest.  
disput. 3. thes. 25.

SOLI DEO GLORIA.

MM:MM:MM:MM:MM:MM

GULIELMO MOLLER  
HAMBURGENSIS,  
de  
USUCAPIONIBUS disputanti:

Quid posuit, res si per certi temporis usum  
Queratur, precio absq; & nobis adjiciatur;  
Dum tu sacratus, GVLIELME, ex legibus omnib;  
Conaris studio defendere: nam mihi pulcrum  
Laudandumq; opus, ac istis quod competit antis,  
Ingenioq; tuo benè-dotto, es promere visus.  
Perge, animi donis, natalibus, atq; favore  
Fortunæ, insignis MOLLERE! & PATRIA quondam  
Renœ credet Tibi, teq; suo mactabit honore,

JOANNES SIMONIUS, Rhet. in alma ad Varnum  
Balticum Acad. P. P. benevolentia  
testandæ ergo s.

I.

In gratiam Praestantissimi & Doctissimi  
Dn. WILHELMI MOLLERI  
de præscriptionibus disputantis, commen-  
salis & amici mei singularis, hæc  
Paucula apposui.

DULCES ANTE OMNIA MUSÆ.

Sunt quos piscupium delectat, quosq; ferarum  
Allectat rurestris amor, venarier escas:  
Quarit opes alter, quæsitis nescius uti:  
Multos castra juvant: satius sine sanguine credunt,  
Decessisse alij: mare nautis una voluptas:  
At meliore luto queis finxit corda Minerva,  
His sunt Aonia dulces ante omnia Musæ.  
Hinc sale conditum tibi cum sit pectus, & alto  
Robore munitum, didicisse fideliter artes  
Juraq; Digesti voluisti ritè libelli  
MOLLERE, Aonia dulces cui ante omnia Musæ.  
Utilitas quanta inde fluat, nunc dicere non est  
Utilitas non parva hac est, quod vivere donent  
Post vitam Musæ, dulces cui ante omnia Musæ.

Adam Henrich Penze/  
Eq: Megap.





In gratiam Praestantissimi & Doctissimi  
Dn. WILHELMI MOLLEI  
de præscriptionibus disputantis, commen-  
salis & amici mei singularis, hæc  
Paucula apposui.

DULCES ANTE OMNIA MUSÆ.


Sunt quos piscupium delectat, quosq; ferarum  
Allectat rurestris amor, venarier escas:  
Quarit opes alter, quæ sitis nescius uti:  
Multos castra juvant: satius sine sanguine credu-  
Decessisse alij: mare nautis una voluptas:  
At meliore luto queis finxit corda Minerva,  
His sunt Aonia dulces ante omnia Musæ.  
Hinc sale conditum tibi cum sit peccus, & alto  
Robore munitum, didicisse fideliter artes  
Juraq; Digesti voluisti ritè libelli  
MOLLERE, Aonia dulces cui ante omnia Mu-  
Utilitas quanta inde fluat, nunc dicere non est  
Utilitas non parva hac est, quod vivere donent  
Post vitam Musæ, dulces cui ante omnia Musæ

Adam Henrich Penze/  
Eq: Megap.









Julieius ad princ. h. e. num. 4. Contra. 5.

um hac vice de usucapione, & quomodo  
usucaptionem acquirantur. Coronidis  
e, an usucapio & longissimi temporis  
datur per restitutionem in integrum,  
tiæ? Negamus. per l. omnes 4. C. de 30.  
ripi. l. i. de usucap. l. final. C. de præscript.  
ch. i. controvers. 69. Diss. Gail. 2. ob-  
. n. 17. Hackelm. illust. quaſt.  
disput. 3. theſ. 25.

LI DEO GLORIA.

ELMO MOLLE

HAMBURGENSI,

de

APIONIBUS disputanti:

oſit, res ſi per certi temporis uſum  
atur, precio abſq; & nobis adiūcatur;  
atius, GVLIELME, ex legibus omnib;  
o defendere: næ mihi pulcrum  
i opus, ac iſis quod competit autiſ;  
o bene-docto, es promere viſus.  
i donis, natalibus, atq; favore  
ignis MOLLERE! & PATRIA quondam  
Ibi; teq; ſuo mactabit honore.

NES SIMONI U S, Rhet. in alma ad Varnum  
Balticum Acad. P. P. benevolentia  
teſtandæ ergoſo

976

13